2114

Generosum Petrum Grocholski et Annam de Szumowo Conjuges Ch[ris]t[ia]nos sui Recognoscen[tis] Parentes eorumque posteros de Summone quavis post Generosum olim Joannem de Szumowo Szumowski Tribunum Terrae Premysliensis sui Recognoscen[tis] Avunculum sterilitér vita functum in quacunque forma et materia existen[tem] tum quoque et ex rebus mobilibus et immobilibus ad eandem Summonem pertinen[tem] se autem Recognoscentem post mortem dictum eiusdem olim Generosi Tribuni Terrae Premysliensis iure Divino et naturali successione pro parte et portione sua inter alios consuccessores legitime concernen[tem] quietat, emittit, dimittit, et liberum absolutumque facit et pronuntiat, eidemque Summoni ob plenariam sibi Recognoscenti pro praemissis omnibus praestitam satisfactionem abdicat, abrenuntiat et resignat. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante. Salvis nihilominus alijs successionibus se Recognoscentem modo quovis concernentibus pleno in robore et iure reservatis.

Wazynski Grocholskiego Quietat.

281

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan[eali]b[us] Premysliensibus Generosus Joannes Wazynski sanus mente et corpore existens

recipiens et Remis. Dominibus Juribus Jurisdictio-
nibusq suis quibusuis proprijs et competentibus rele
uanda Praesentiq Castren Capitaneali Premysliensi
Jurisdictioni quo ad actum hunc eximet se cum Successori
bus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et ple
narie incorporando atq subijciendo palam libere publi
ce ac per expressum recognouit. Quia ipse Generos-
sum Petrum Grocholski eiusq posteros de Scripto cer-
to manuali per eundem Generosum Grocholski in rem
et manus sui Recognoscentis dato de actu et data
illius hic Premysliae die prima Decembris Anno Mille
simo Sexcentesimo Sexagesimo octauo confecto con
scripto dato, manu eiusdem Generosi Grocholski suo
et Consortis suae nomine propria subscripto et Actis
praesentibus Castren Capitan Premysliensibus
seu alijs quibusuis cum interpositione vadij Quatuor
Millium florenorum Polonicalium roboratoq eiusq Inscri-
ptione Roboratoria quietat emittit, dimittit, et liberum
absolutumq facit et pronuntiat, Scriptum hoc idem manua-
le eiusq Roborationem cum omnibus illius conditioni
bus in toto et plenarie, ob plenariam et sufficientem
sibi Recognoscen praestitam satisfactionem cassat, mor-
tificat, et annihilat, sibi suisq posteris ratione praemis
sorum perpetuum imponendo silentium. Hac sua praesen
personali recognitione ad praemissa omnia mediante.